



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Dimittere debemus delinquentibus propter tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

eos, qui temporalibus diuitiis abutun-
tur. Vnde Zacharias ait. Irascor ego
super gentem opulentam, &c. Quar-
to, super eos, qui proximis non com-
patiuntur. Iacobus ait. Iudicium sine
misericordia ei, qui non fecit miseri-
cordiam.

Zac, 11

Iac, 2.

*Dimittere debemus delinquen-
tibus propter tria.*

Primo, propter Dei uolunta-
tem, quæ potest cognosci dua-
bus rationibus. Prima per eius
mortem; ipse enim mori uoluit, ut
nobis dimitteret. Vnde Paulus ad Ti-
tum dicebat. Dedit semetipsum pro
nobis, ut redimeret nos ab omni ini-
quitate, & mundaret sibi populum ac-
ceptabilem, &c. Et Augustinus. Vide
redemptoris supplicium & remitte re-
dempti hominis delictum. Secunda
propter sui comminationem. Matt. 3.
serue nequam omne debitum dimisi-
tibi, &c. Secundo debemus dimitte-
re propter nostram utilitatem, quæ
duplex est. Prima, quia si dimiserimus
pro Christo, dimittet & nobis. Matt.
5. Si dimiserimus hominibus peccata
eorum, dimittet & nobis Deus pecca-
ta nostra, &c. Secunda quia si dimise-

Tit, 2.

Augus

Mat, 3.

Matt, 5.

H

rimus unam iniuriam, dimittet nobis
Mat. 18 centum. Matth. 18. Omne debitum
 dimisit tibi, &c. Tertio, propter no-
 stram incommoditatem, si non dimise-
Mat. 5. rimus; quæ duplex est. Prima, quia
 si non dimiserimus, nec pater noster
 dimittet nobis, sicut apud Matth. le-
Mat. 18 gimus. Secunda, si non dimiserimus,
 dimissa replicabit. Nonne oportuit
 te misereri conserui tui, sicut & ego
 misertus sum tui, ideo, &c.

*Dæmones dicuntur uolucres cæli
 propter tria.*

Primo, quia altos temptant, id est,
 est, illos qui altè uolunt uiuere
 re per sanctitatem uitæ. Vnde
Iob. 9. Iob. Esca eius, esca electa. Et Paulus
Eph. 6 Contra spiritualia, &c. Secundo, quia
 uolant per male faciendi festinatio-
Trē. 4. nem. Tren. 4. Velociores fuerunt per
 secutores nostri aquilis cæli. Tertio,
 quia uiuunt de raptu per deuoratio-
1. Pet. 5 nem animarum. Vnde Petrus Aposto-
 lus. Aduersarius noster diabolus, tan-
 quam leo rugiens, circuit querens
Eze. quem deuoret &c. Et Ezech. Aquila
 grandis magnarum alarum uenit ad
 banum & tulit medullam cedri, id est,
 animam uiri sancti.